



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1719. usque ad annum 1720

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 13322648**

§. 39. Jesuitarum molimina in supprimendo hoc Parlamenti decreto.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67659](#)

Sæc. XVIII.

A. C. 1719.

§. XXXIX.<sup>1</sup>

*Jesuitarum molimina in suppressione  
hoc Parlamenti decreto.*

Cum Parisienses Jesuitæ hoc Parlamento non parum de sua existimatione sibi & Authori detractum crederem suosque pro tuenda Pontificia Constitutione conatus infringi dolerent, his omni ope & opera in id incubuerunt hanc caussam ad Sanctioris Senatus Curiam devolverent. Nec prosper successus eorum conatibus defuit; quippe qua tum apud Proceres valebant, auctoritate obtinuere, ut Regius Senatus hanc caussam a Parlamento ad se enaret, & die vigesima quinta Aprilis anno hujus saeculi vigesimo quinto sententiam ferret, vi cuius hucusque Parlamento gesta tanquam irrita fuisse declarata, & Censorum tam fatis censorum, quam adhuc vita superstite memoria nigro stigmate notata, acimum hujus collectionis editio libere vendi permissa est, ea tamen lege, Author alium, in quo addenda continentur, tomum se editurum, pollicetur, quod tamen hucusque factum non est. Insuper Regiae Typographie Praefecto Censorum judicia ex primi tomo delendi facultas dabatur, quinim

Jesu

Jesuitis concessum, ut impressa hujus Sæc. XVIII.  
censuræ exemplaria, quantum possent, A.C. 1719.  
supprimerent, quod etiam adeo solerter  
fideliterque exequabantur, ut nonnisi  
unicum exemplar Ultrajectino Typo-  
grapho obvenerit, qui hanc censuram  
iterato prælo subjicit.

### §. XL.

#### *Hamburgensium Lutheranorum tumul- tus contra Cæsareum Legatum.*

A dhucdum controversia inter Teuto-  
nici Ordinis Equites & Nordlingen-  
Fabi  
Staats-  
Kanzley.  
tom. 31.  
Gottfrid  
cont. Hist.  
Chron. l. 17.  
nus  
fes Lutheranos exorta servebat; cum  
enim anno hujus saeculi decimo septimo  
Teutonici suam ædem frumentariam  
innovarent, Beatissimæ Virginis imagi-  
nem minoris formæ, quæ frontispicij pag. 748.  
parieti dudum affixa erat, temporum  
diuturnitate & injuria detritam ab-  
straxere, ejusque loco aliam majorem,  
magisque ornatam in eodem loco substi-  
tuerunt: Verum Nordlinganus Magistra-  
tus reclamabat, eoquod id introductio-  
nem cultus Religiosi ac alieni involve-  
ret, hæc statua contra pristinam formam  
& modum, necnon contra Pacem West-  
phalicam, & ubique stabilitum annum  
normalem, spreta nuntiatione novi ope-  
ris, fuisse erecta: hæc oppositio sanio-  
ribus videbatur ridicula, nihilominus

U 4

Nord-